



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

Cap. I. De capitulo Generali celebrando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)



PRIMA PARS
CONSTITVTIONVM
Congregationis Casinensis ali-
às S. Iustinæ: pro directione Re-
giminis & Regularis obseruan-
tiæ, eiusdem Congregationis.

*In nomine Domini nostri IESV
CHRISTI.*

*De Capitulo Generali celebrando, & eius
tempore.*

CAPVT I.

ANTIQVORVM Patrum sectã-
res vestigia, & auctoritate Apo-
stolica muniti, vt vigor obser-
uantix Regularis, fraterna que
charitas, & diuturna ac constans
inter nos perseveret in CHRISTI seruitute
concordia: Ordinamus Capitulum nostrum
Generale celebrari debere per Patres & Fra-
tres Monasteriorum Congregationis nostræ.

a modo

modo quo in inferiorib. terminabitur: & singulis quidem annis: Dominica quarta est vigesima octava die post Resurrectione Domini nostri IESV CHRISTI.

2. Itaque ad Capitulum venire debent, liter se pręparent tempore opportuno: tura die esse possint in loco vbi Capitulum ipsum fuerit celebrandum.

De debentibus venire ad Capitulum Generale

CAP. II.

QVONIAM vbi nimia multitudo est, plerunque solet esse confusio, & incultas veritatis habendæ: Idcirco Ordinatum quod infra scripti solum ad Capitulum Generale venire teneantur. Videlicet Pater Prior, & ceterique Visitatores (exceptis Sacerdotibus de quibus infra) quantumcunque à capite loco distent veniant, & omnes Pręlati. Vnde at præterea vnus idoneus Monachus electus nomine ipsius Conuentus, ex quolibet Monasterio. Hoc tamen attento, quod si conuenit in aliquo Monasterio pauciores esse quam sex Monachos Professos, non computato Pręlato, Monachus venire non præsumat.

2. Quod si supra scripta, aut alia quæ legitima causa contingat, nec Pręlatos venire, nec Conuentus Fratres Cõuentuales teneant: tunc ipsi Pręlati & Conuentus teneantur mittere literas, tam bonum Congregationis